

tis dicta auctoritate apostolica in virtute sancte obediencie ac sub penis excommuni-
50 cacionis, quam in singulares personas, et interdicti, quam in loca et monasteria vestra,
latis sententiarum penis, quas ferimus in hiis scriptis, districte precipiendo mandamus,
quatenus prenomatos abbates a nobis visitatores deputatos uti apostolicos visitato-
res et nuncios cum omni reverencia et obediencia, quibus apostolice sedi astringimini,
55 suscipiatis et ad ipsorum visitacionis officium in omnibus exequendum libere admitta-
tis, omnem illis vestrorum monasteriorum et personarum quarumcumque a capite us-
que ad ultimam disposicionem et condicionem plenius manifestando, ac omnia et sin-
gula, que visitatores ipsi secundum regulam et statuta ordinis vestri fieri et observari
mandaverint seu ordinaverint, reverenter acceptetis et studeatis diligenter, ut tene-
mini, eciam observare. Et si secus feceritis, quod absit, eotunc sepedictis visitatoribus
60 per presentes comittimus et eciam districte precipimus, ut vos et quemlibet in premis-
sis inobedientem, cuiuscumque condicionis seu status fuerit, post trium dierum cano-
nicam monicionem ultra penam ordinis premissam excommunicacionis ac monasteria
inobediencium interdicti ecclesiastici per nos, ut prefertur, in scriptis latas sentencias
incidisse declarent. Absolucionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras
65 sentencias incurrerint, nobis et apostolice sedi tantummodo reservamus. Datum *usw.*

53 reverencia et obediencia: obediencia et reverencia 55 vestrorum monasteriorum: monasterio-
rum vestrorum 62 penam: penas 63 nos: vos.

<1451 Februar 25, Wiener Neustadt (?).>¹⁾

Nr. 1055

NvK. Instruktionen für die Visitatoren des Zisterzienserordens <in der Provinz Salzburg>.

Kop. (15. Jb.): MÜNCHEN, Staatsbibl., clm 2889 f. 31^v-36^r und 51^{rv}. Zur Hs. s.o. Nr. 989.

Druck: Zibermayr, Legation 113f. Nr. 5b.

Erw.: Zibermayr, Legation 64f.; Vansteenbergh 112f. und 483 (unter dem Datum "II 27").

Instrucciones date vobis visitatoribus ordinis Cisterciensis, quas nos N. cardinalis
legatus propria manu scripsimus et volumus, quod in omni loco visitando legantur et
ostendantur etc.

Volumus, ut vos patres visitatores, prout nobis datis dextris promisistis, legaliter, ut
5 decet sanctos religiosos, procedatis in verbo et exemplo, scilicet ut non gravetis loca
visitanda cum equitaturis, sed quisque capellano et famulo sit contentus, ut sic non
habeatis nisi novem equos.²⁾

Item volumus, quod sitis contenti de religiosa refeccione, ut, cum aliis abstinenci-
ciam predicaveritis, eandem videant vos observare omnino abstinentes a carnibus, nisi
10 in casu quo regula permittit. Et ut senciant vos veros apostolicos visitatores, qui pe-
nitus non aliud quam visitandorum salutem queritis, ab omni munere eciam non sus-
pecto manus vestras excutite.³⁾

Item curate in omni visitacione tria substancialia ordinis omnis religionis sic pure
et integre promovere, quod nullam dispensacionem, que directe vel indirecte illis ob-
15 viat, admittatis; et si consuetudines aut indulta in contrarium reperiri per vos con-
tingat, omnino dampnate et tollite.

Non permittatis, quod aliquis habeat quodcumque indultum, eciam confessionale;
nam non decet monachum quicquam habere, sed penitus superiori subesse.

Item non permittatis, quod monachi quovis modo sint extra monasterium, et si non
20 potestis eos in omni loco retrahere propter bonum monasterii, non paciamini tamen,

quod utantur carnibus, sed omnino abstineant. Et si infirmitas alicuius deposceret carnes, non concedantur, nisi intra septa monasterii. Et omnes, eciam abbates seu abbatissas, regulariter ab esu carnium abstinere procuretis. Sed quando visum fuerit salutis subditorum expedire, concedere possunt abbates aut abbatisse certe persone aut paucis; et hoc faciant cum tanta discrecione, quod non ad placitum, sed ad necessitatem 25 videantur concessisse, quia, nisi <sic> fecerint, ipsi portabunt peccatum pro subdito.

In omnibus locis studeatis caritatem introducere et cultum dei sine fastidio fieri; admoniciones sanctas reiterate, ut cogitent, cur facti sunt religiosi et quod subito morituri et quomodo rationem de suis votis et promissis, an servaverint, sint in districtissimo iudicio reddituri, ac quod respiciant, quomodo priores patres in religione, qui similia vota fecerunt, vixerunt, ut se illis conforment, ac quomodo illi vivunt, qui regulam sancti Benedicti observant; nam non decet aliquem de sanctissimo ordine Cisterciensi, qui striccius est, minus artem vitam ducere quam observantem regulam sancti Benedicti.⁴⁾

Item inter <omnes> monachos maioris sanctimonie esse debet prelatus. Agatis igitur, quod prelati aliis nequaquam secum dispensent sicut cum aliis, sed regulam ad unguem servare studeant, ne malo exemplo alios, quos conservare deberent, seducant, semper in oculis habendo, quomodo et de vita propria atque eciam eorum, qui eis commissi sunt, rationem reddere teneantur, et quod de manibus eorum requiruntur subditi, et quomodo tot mortibus infernalibus adiudicabuntur, quot aut malo exemplo 40 aut negligencia ex sibi commissis perierint.

Item perswadete, quod facile sit deo servire, cuius 'iugum suave est' volenti⁵⁾, ac quod nunc necesse sit secundum mandatum per nos in Salczburga publicatum <mores in melius reformare et vicia expurgare>, quod declarate eis, cetera, ut videritis expedire, cum omni caritate adimplendo; et omnino caveatis, ne indulgenciam plenariam 45 concedatis illis, qui non inceperint servare regulam. Unde post visitacionem et reformationem, si videritis, quod servare velint regulam et ea, que ordinastis, tunc damus vobis et cuilibet vestrum auctoritatem audiendi confessiones omnium et singulorum et absolvendi eos pro ea vice eciam in casibus apostolice sedi reservatis. Post hanc absolucionem publicate eis penitenciam in cedula Salczburgensi de indulgenciis scriptam⁶⁾, ut pro assecucione indulgenciarum illa omnia faciant, que inibi continentur.⁷⁾

11 queritis: queretis 26 sic nach Nr. 1075 ergänzt 35 omnes nach Nr. 1075 ergänzt 40 quot: quod 43-44 mores — expurgare nach Nr. 1075 ergänzt 46 inceperint: inceperunt 49 absolvendi: absolvendo.

1) *Das Datum im Anschluß an* Nr. 1054.

2) *Hierzu das Senatorium (1464; s.u. Nr. 1422) des 1451 III 3 als Visitor der Benediktinerklöster in der Provinz Salzburg eingesetzten Wiener Schottenabtes Martin von Leibitz (s.u. Nr. 1074/1075):* Iuvenis: Gravastisne monasteria nimia familia? Senex: Disposuit ille reverendissimus pater (NvK), quod nullus nostrum deberet sibi assumere ultra duas personas. Sic ego in principio habui unum capellanum et unum famulum et tantummodo unum equum. Postea equus fuit mortuus et capellanus factus infirmus, quem remisi ad monasterium, et permansi per magnam partem anni solus cum famulo. Et sic potes de aliis iudicare. *Schramb, Chronicon 432; Pez, Scriptorum II 638D.*

3) *Hierzu Martin von Leibitz:* Iuvenis: Quid si visitatores caperent munera et perverterent iudicia? Senex: Nullo modo debent recipere, immo famulis suis debent prohibere; alias incident in gravem censuram suspensionis in iure descriptam, De censibus et procuratoribus c. 'Exigit' lib. VI., a qua non possent absolvi, nisi restituerent duplum (c.2 in VI^{to} de cens. III 20). *Schramb, Chronicon 432; Pez, Scriptorum II 638B.*

4) *Z. 31-34 ac — Benedicti fehlt im Paralleltext* Nr. 1075 für die Visitatoren der Benediktinerklöster.

Zu diesem Zusatz s. Zibermayr, *Legation* 64 Anm. 7. Er hat eine durch Benedikt XII. verfügte Milderung hinsichtlich des Fleischgenusses für die Zisterzienser zum Gegenstand, ohne daß NuK damit Erfolg gehabt hätte; Sixtus IV. bestätigte und erweiterte 1475 die Bestimmung Benedikts XII. sogar. — Innerhalb des hier zur Rede stehenden Visitationsbereichs erlangte der Abt von Aldersbach, der bereits 1444 vom Basler Konzil Mitra, Ring und Pontifikalien erhalten hatte, 1446 von demselben das Privileg des Fleischgenusses; Bauerreiß, *Kirchengeschichte Bayerns* V 36.

⁵⁾ Matth. 11, 30.

⁶⁾ Nr. 1005 Z. 55–57.

⁷⁾ Zur Einleitung der Visitation in den Klöstern Viktring, Rein und Neuberg s.u. Nr. 1126 Anm. 2.

1451 Februar 25, Wiener Neustadt.

Nr. 1056

NuK an Abt und Konvent des Zisterzienser-Dreifaltigkeitsklosters sowie an Propst, Dekan und Kanoniker des Nouum collegium in Wiener Neustadt. Er entscheidet ihren Streit über den Vorrang bei Prozessionen.

Or., Perg. (S fehlt, Siegelschnur): WIEN, HHStA, Allg. Urkundenreihe, sub dato. Auf der Plika: H. Pomert; unter der Plika: Visa. T. L. Rückseitig: R¹⁶. Pe. Ercklentz.

Kop. (Ende 15. Jb.): WIENER NEUSTADT, Neukloster, Stiftsarchiv, älteres Kopialbuch (s. Mayer, *Urkunden des Neuklosters* 31) f. 110^v (= N); (Mitte 18. Jb.): ST. PÖLTEN, Diözesanarchiv, Hs. Wiener Neustadt 22 (Marcus Hansiz, *Instrumenta ad historiam episcopatus Neostadiensis: Urkundenabschriften* 1250–1722; s. Fasching, *Chorherrenstifte* 11) p. 82–84 (= P).

Druck: Fasching, *Chorherrenstifte* 187 Nr. 11; Baum, *Nikolaus von Kues wird Bischof von Brixen* 382f. Nr. II.

Erw.: Chmel, *Materialien* II 12 Nr. 11; Chmel, *Regesta* 291 Nr. 2848; Chmel, *Habsburgische Excursus* 110; Starzer, *Regesten* 143; Zibermayr, *Legation* 117; Vansteenbergh 483; Koch, *Umwelt* 117; Fasching, *Chorherrenstifte* 130f. (mit umfangreicher rechtsgeschichtlicher Interpretation) und 170; Baum, *Nikolaus von Kues* 381; Mayer, *Urkunden des Neuklosters* 61 Nr. 57.

Es sei dahingestellt, ob die von uns im Apparat berücksichtigten Varianten der Kopien auf ein anderes Or. zurückgehen oder bloß Kopistenfehler sind.

Ad nostram audienciam peruenit, quod inter vos abbatem et conventum ex una et prepositum, decanum et canonicos prefatos ex altera partibus de et super ordine in processione communi sive publica observando quedam differenciarum materia suborta existat, cum unaqueque parcium in processione ipsa supremum locum habere contendat. Nos igitur omnibus consideratis, que et in vicinia et paritate casus comperimus observari, auctoritate legacionis nostre, qua fungimur, tenore presentium statuimus et ordinamus ac sub pena obediencie ob pacem conservandam districte precipimus, quod inantea venerabilis pater abbas sancte Trinitatis supremum locum obtineat, post quem prepositus, deinde canonici ac post illos monachi in infimo loco procedant, ita tamen quod prepositus cum abbate incedat, ut convenit, abbas tamen eminentiorem locum semper obtineat.¹⁾

1 una et: una ac N 3 differenciarum: tricarum P unaqueque: utraque N 4 vicinia: vicinio Or. vicino N 8 in fehlt N procedant: precedant N.

¹⁾ Der Streit war damit aber keineswegs beigelegt. 1452 IV 28 übertrug Nikolaus V. ihn den Bischöfen von Gurk und Seckau sowie dem Offizial von Salzburg zu abschließender Klärung; s.u. *Acta Cusana* II/1 unter diesem Datum.

1451 Februar 25, Aggsbach.

Nr. 1057

Vinzenz, Kartäuser<prior> in Aggsbach, an Johann <Schlitpacher> von Weilbeim, <Profess in Melk>. Er warnt ihn vor den unlauteren Absichten des NuK bei der Ordensreform und der Verkündung des Jubiläumsablasses.¹⁾